



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

2. Scripturæ divinæ clara de æternitate testimonia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Contēnere
seipsum se-
men est ig-
norum
mundo.

De disciplin.
& convers.
monast.
Linc. 7.

Qui dicantur in virtute progredi.

Psalmus,
precatio,
hymnus
nullus est,
quem non
finiat æter-
nitatis me-
moria.

Exp. 5. v. 2

2. Cor. 5.

1

UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tanti facit Ecclesia memoriam Aeternitatis, ut nullus sit psalmus, precatio, hymnus, quem non finiat Aeternitatis memoria; hinc perpetuæ & solennes psalmorum clausulæ: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio (ante omne scilicet principium ab æterno, abque omni principio) & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, infinita, innumera, incomprehensibilia. Taceo vestes, ritus atque ceremonias sacras, quarum non pauca eandem Aeternitatis memoriam ingerunt, sed à rivulis ad ipsum fontem progrediamur.

II. *Scriptura divina clara de Æternitate testimonia.*

Sunt alii qui naturam accusent, & vitam cornicibus
longam, brevem nimis concessam homini querantur.
Audite queruli, adhuc alia superest vita, ubi brevis hæc
& vana desierit; Beato Paulo credite testificant: Scimus
quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur,
quod adificationem ex Deo habemus, domum non manu
factam æternam in calis. Quæ ergo tanta ætæra est, si mu-
teum hoc tuguriolum nostri corporis corruat, cum pala-

tempertas, in hoc celat hoc mare magnū & iratum, fre-
mante afflictionis ventri impellant turbationū unde, nu-
bes tentationū minetur, tenebrae meroris involvāt, fra-
ctus licet illabatur orbis: non tēper ruine, non tēper
procella: hi venti aliquando ponent, subdēt fluctus,
nimbus & grādo dispellētur; quidquid demū hic patiar,
non durabit aeternum: cadet mea crux, saltem cum ego
morti cecidero victima: at verō procellis omnibus pro-
cellosius est, flammis addici aeternis, hoc longum tor-
mentum est: alia omnia quae extra aeternitatem sunt,
brevia, volucra, momentanea sunt. Umbrae sunt &
somnia (ait Chrysostomus) quaecumque sint: illa
speremus & expectemus. Et quomodo Christus disci-
pulis suis illud MODICVM inculcat: omnes cruciatus
suos, & acerbissimam in cruce mortem MODICVM
vocat, omnes Apostolorum labores & violentiam per
supplicia necem MODICVM appellat. Cur ergo non &
mihi MODICVM videatur, quidquid patior, tamen si

Flammis
aeternis ad-
dici lon-
gum tor-
mentum.

B 3
centrum

Matth. 18.

Matth. 19.

Et ei humi
cubare de-
licia fuc-
runt.

Cogitatio
æternitatis
cui neces-
saria?

Flammis
eternis ad-
dici lon-
gum tor-
mentum.

Ad Hebr.
c. 10. v. 37.

centum id annis patiar. Adhuc enim modicum aliquantulumque qui venturus est, veniet & non tardabit. Sic igitur pergam, & illud porro unum iudicabo esse necessarium, ut nihil agam contra conscientiam, nil contra Deum. Omnia ei salva sunt, cui salva est beata AETERNITAS.

III. Omnia modicum sunt, prater Aeternitatem.

Tract. 101.
in Ioannem.

Verè nimis quam modicum est, quicquid hic seu laboris seu doloris perferendum est. Augustinus: Hoc modicum, inquit, longum nobis videtur, quoniam adhuc agitur, cum finitum fuerit, tunc sentiemus quam modicum fuerit.

Eccli. 18.

Sapientissimus hominum, ut omnis humanae vitae periodum, vel ad centum annos ampliatam, proprio penicillo depingeret, minutissima rerum sibi scripsit exprimenda; ita enim dilucide affirmat Ecclesiasticus: Numerus dierum hominum, ut multum centum anni: quasi guttae aquae maris deputati sunt, & sicut calculus arenae, sic exigui anni in die evi. En, quid vobis, o longevi & centum annorum senes plauditis? omnes anni nostri quid sunt? lapilli arenarii & marina guttula. Et quid lapillus ad altissimos arenae montes? Et quid est guttula ad profundissimam maris voraginem? Ita quinquaginta, sexaginta, ita centum anni vestri, o senes, modicum sunt, nihil sunt ad illum aevi & aeternitatis diem. Et tamen cum hoc lapillo, cum hac guttula sic triumphamus. O vani & miserii lapilli est vita nostra, at non pretiosus lapillus, non auri & gemmae, sed arenae: guttula est vita nostra, at non dulcis aquae guttula, sed salissimi maris: Cuncti dies eius doloribus & erumnis pleni sunt, nec

Eccli. 3.

In Psal. 36.

per noctem mente requiescit, ait Ecclesiasticus. Verè Augustinus: Recole, inquit, annos ab Adam usque in hodiernum diem; percurrere scripturas: veri penè Adam ille de paradiso lapsus est. Vbi enim sunt praeterita tempora? si toto illo tempore viveres, ex quo Adam de paradiso dimissus est usque in hodiernum diem: certe videres vitam tuam non fuisse diuturnam quae sic avulsisset, unus autem cuiusque hominis vita quanta est? Adde quae nos libet annos, duc longissimam senectutem, quid est? nonne aura est matutina? Verissima sunt haec omnia. Dic enim quæso, ubi nunc Adam? ubi Cain jam? & ubi longævus Mathusalem? ubi Noë? ubi Sem? ubi Heber? & ubi obedientissimus Abraham? ubi Jacob? ubi Joseph? vixerunt: fuerunt Troës. Sic transit vita, sic transit mundi gloria. O ros! o vanitas! quid arabis? quid longa speras? Breve est, modicum est, vile est, punctulum est quicquid hic vides. Verè dixit Gregorius Magnus: Omnis longitudo vitae praesentis punctum esse cognoscitur, cum fine terminatur. In ictu oculi clauduntur omnia: omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Quid ergo tempus ullum dicimus esse longum? praeteritum enim jam non est; futurum nondum est, praesens verò quoddam est: ipsa una hora clauduntur partibus agitur: quicquid ejus avolvit, fugitivis partibus agitur: quicquid ejus avolvit, futurum. Ubi ergo tempus quod longum vocamus? Non immerito suis Bernardes (& ego tibi, mi Lector) inculcavit, verissimum illud Divi Hieronymi monitum: Nullus labor durus, nullum tempus longum debet videri, quo gloria Aeternitatis acquiritur.

Lib. 15. mor.

c. 19.

Vitæ longitudo punctum est.

Aug. lib. 11.

Conf. c. 1.

Nullus labor durus,

quo gloria

caelestis acquiratur.

Eccli. 41.

In inferno

non est accusatio

vitæ.

Quantumcunque verò modicum sit vivendi spatium & breve, ad aeternitatem collatum, damnatorum tamen nemo Deum accusare poterit, quod vitam non dederit longiorem; seipsos damnabunt quod vitam non vixerint meliorem. Non enim est in inferno accusatio vitæ. Satis diu viverent damnandi, si satis pie.

Hic libet, mi Christiane, liberius paullo ac fidenti tecum agere, & rem oculis clarissime cernendam subijcere. Ais, te caelum sepius cogitare, & magnis votis Aeternitatem aspirare. Ais tu hoc? Ego verò nego & per-

nego id te facere, mihi ipsi hoc de me affirmanti iuberè te non credere. Et qui fieri possit, o mi hōse Christiane, ut ego tuque caeli sepius & serè cogitemus, & tantis, uti nos jactamus, votis Aeternitatem aspiremus, interim tamen vivamus tā torpidi & frigidi, tā lenti & fracti ad bonum, tam vivaces & fervidi ad malum, tam parati ac lubentes ad omnem petulantiam; homines queruli & oscitabundi, nūquam minus segnes quam cum irascendum est, nunquā magis pusilli animi quam cum patientum est: quāvis afflictione, quovis verbulo turbamur & deijcitur, ad unam voculam omnis nostra patientia liquescit, & desistit; nunquam desperatiores quam cum multa contra voluntatem accidunt. Tacebo ceteras libidinis & invivae latentes in animo vomicas. Et tamen tales, tam belli homines; tam timidi cum audendū, tam audaces cum timendum esset; nihilominus gloriamur, saepe nobis Aeternitatis gaudia in mente & in votis esse. Crede mihi, creditu hoc difficillimum est, nos caelum & Aeternitatem in animo crebrius volvere, & interim moribus non melioribus vivere? da veniam verbo, hoc impossibile est. Et istud jam demonstro.

Jacob Patriarcha avunculo suo Labano pro filiā Rachel septem annis servivit, & videbantur illi pauci dies, pro amoris magnitudine. Audis hoc, homo queribunde tu servis non importori, qualis Laban, sed Deo conditoris & promissori fidelissimo. Nec pro uxore servis, sed pro toto calorum regno, non pro uxoriā formā, sed pro aeterno Dei aspectu, non pro uxoris blandimentis, sed pro caelestibus, aeternis deliciis. Et tamen vel unius dieculae molestia te sic enervat, ut subinde tuas omnis in Deum amor frigere incipiat: quā primū adversa ingruunt, mox in fustissimas querelas prorumpis, caelum & terram inclamas, spiras vindictam, forte nec ipsi semper divine justitiae querimonia tua parcat: quandoque verò sic te ablandiens voluptas emollit, ut servitii divini oblitus, & peccati labyrinthum a fronte amœnum ingressus, in letalem somnum resolvaris. En, haec tua est vigilantia? En, haec amoris tui heroica magnitudo est? Ubinam arduum illud septennium in divino servitio exantlatum? O Simon, Simon! sicine nō potes unā horā vigilare cum tuo domino? Sed audi plura de Jacob Patriarchā. Deceptus hic à Labano perlipientis Liae conjugium, pro desponsā sibi Rachel servivit apud eundem importorem septem annis aliis, nec dubium, quin & hi septem anni, vix sunt illi pauci dies, praeter eadem amoris magnitudine. Et credibile est cum subinde ab opere fatigatum, in Rachelis formam oblique oculos, secumque tacite dixisse: Digna est certe haec forma, quamvis molestā & septenni servitute, atque si necesse, aliis insuper septem annis, illius gratiā duram hanc servitutem servare non recusabo. Ita amoris impetus omnem laboris sensum mitigabat.

Capis ista delicate Christi miles? & adhuc murras: tu Deo, pro Deo ipso servire, pro aeternā quiete iuberis laborare; ad tolerantiam atque patientiam provocaris pro immortalis beatitudine, & adhuc ignavus dormitor conqueres? Numera sis quæso annos, quos in Dei famulatum totos expendis; vide num annis viginti ita tu Deo, sicut Jacob Labano fideliter & industriè servieris: vix totidem menses aut dies reperies: numera pervigilatas in precibus noctes, recense dies in laboribus piis exhaustos: poterisne tu Deo, quod Jacob fecero dicere: Die noctūque astu urebar & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis: sic, per viginti annos in domo tuā servivi tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis. Tūne ita, mi Christiane, annis viginti Deo servisti? non si, quæ tui laboris futura sit merces; non filiae Labani, non greges ovium: sed servitutis tuæ praeium Deus ipse erit, animi corporisque beatitudo; unde quaque tibi erit optumè, deliciis afflues innumeris, maximis

Deus animi & corporis beatitudo.